

DIVÆ VIRGINI
M A R I Æ

INCARNATÆ SAPIENTIÆ
GENITRICI,
CONVENTUS NOSTRI
PATRONÆ,
PATRONÆ SANCTISSIMÆ,
ELECTISSIMÆ &c

Fructus ferentem Theologicos, **MATER**
SAPIENTIÆ, sapere utiq; oportet,
sed sapere ad sobrietatem, & in obsequium fidei captivare intel-
lectum; etenim fructus illi non nisi ex propositionibus tum scien-
tia, tum fidei, velut seminibus habent progerminare. Qua-
propter cum Atheistis negare Dei existentiam, cum Manichæis
ejus unitatem, cum Sabellianis Personarum Trinitatem, cum
Nestorianis Verbi Incarnationem, cum Pelagianis Divinam
gratiam, cum aliis, Theologis licet, alios parturire in fide & mori-
bus perniciosos malignantis genij & ingenij partus, zizania sunt
in Theologia, non fructus; si tamen fructus, certè non nisi ad cru-
entandum spinosi, ad insciendum venenati, ad extremam
animarum perniciem mortiferi; proinde in fasciculos ad com-
burendum sint fructus isti. Fructus ejusmodi non dubitamus,
Sancti-